



**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Quid de istis numerorum obseruationibus, & tota compositione sit  
sentiendum, & de cauendis virtijs. Capvt X.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](#)

Neque verò hic erit alienū Strebei, & aliquot recentiorum, in Ciceronianum numerorum usum obseruationes, & exempla notare, quibus conformari facilius imitatio posset. Cum igitur periodus tota debeat à capite ita fluere, ut ad extremum veniens ipsa conficitur, non modo ambitus clausus, sed etiam principia, atque media notanda sunt.

### IN PRINCIPIS HIFERMÈ probantur pedes.

#### Creticus.

Vt [ Neminem vestrum ignorare arbitror  
a Judices.]

#### Pean

Vt [ At beneficio sum usus tuo. Leuia sunt  
hæc in hoc reo crimina.] His adiace dichoreum, & bacchium, & palimbacchium; ut non enim potest ea natura,  
quæ tantum facinus commiserit, hoc uno scelere esse contenta. Vehementer in escedo tribunus plebis. At quanta merces Rhetori data est.

#### Dochimus.

Vt [ Catenas habebat hospes tuus.]

#### Molossus.

Vt [ Idem Verres, qui fuit semper.]

#### Anapafus.

Vt [ Parior, Judices, & non moleste fero.]

### IN MEDIO.

Amplissimus est vierque pœan, primus, & quartus. Nec solum dignitatem affert, & amplitudinem, sed etiam volubilitatem, atque celeritatem, quæ animi concitati affluent voluptate recreantur, ut vincat aliquando cupiditas, voluptas que rationem, dummodo illa in hoc genere prescriptio, moderatione teneatur.

In hac oratione breui sex pœanas primos accipere possunt, ex quibus incitator est cursus, atque magnificentior amplitudo. *I: m.* Figi enim non potest, ut animus libidini deditus amore, desiderio, cupiditate, sœpe nimia copia, inopia etiam nonnunquam impeditus, hoc quicquid est, quod nos facinus, in dicendo, in modo agendo, verum etiam cogitando sustinere possit.

### IN FINE.

#### Probantur Creticus, & Dichorus.

Vt [ Verrem non ut hominem, cum homine  
comparatis, ne qua tali viro mortuo fiat in

juria; sed ut pacem cum bello, leges cum ferro, forum, & iurisdictionem cum ferro, & armis, aduentum, & comitatum cum exercitu, & victoria conseruat.

#### Chorus, & Molossus.

Vt [ Fateor me salutis omnium causa ad eam partem accessisse subleuandam, que maxime laboraret.]

#### Dochimus.

Vt [ Quos amissimus ciues, eos Martis vit perculit, non ira victoria.]

#### Creticus duplex.

Vt [ At quæ ipse cogitans sentio, in communione tuorum temporum contulit.]

#### Aliquando Creticus triplex.

Vt [ Facere enim probus adolescentes periculose, quam perperi turpiter maluit.]

#### Creticus & Dafyulus.

Vt [ Omnis oratio moribus consonet.]

#### Trichrysum Spondeo.

Vt [ Diu, multumque Brute, dubitauit.] Et [ Maximus est fructus iucunditasque sapienti.]

#### Chorus, & Dispondaus.

Vt [ In monumentis maiorum suorum si interfectus.]

#### Iambus, & Dispondaus.

Vt [ Sed etiam gloriam per tales viros insigendam.]

#### Tres Spondei.

Vt [ Victoris illustratae sunt.]

*Quid de istis numerorum obseruationibus,  
& tota compositione sit sentiu-  
dum, & de cauendis  
vitys.*

### CAPUT X.

Hec igitur, si fuerint moderatè obserua-  
ta, lætiорibus nonnunquam numeris ex-  
hilarant orationem. At contrà, si puridius dis-  
cutiantur, sermonis nitorem non mediocri-  
ter artis infelicitate corrumpt.

Atque ut Callimachus nimis affectatae di-  
ligentiae statuarius fertur infausto exploitio-  
nis studio suorum operum decus inquinasse,  
dictus inde *κακός οἰχεός*, quod artis violenta  
quadam tyrannide naturæ florem opprime-  
ret; sic videoles plerosque, qui dum syllabis au-  
cupandis insistunt morofius, ab illo currentis  
annis aluco, in transuersa dexterius abripi.  
*Etc.*

Etenim, ne quis putet istas numerorum leges à certa quadam, & immutabili lege flueri, certe, qui de pedum bonitate scripsierunt, dum omnia suarum aurium iudicio metuntur, pugnantia nonnunquam inter se dicunt, ut in custodiendo numero, parum numerosè videantur concinere. Vitat Ephorus spondæum, & trochæum, quos tamen, ut generofos pedes passim alij permiscent orationi.

Ab Aristotele dissentit nonnullus Cicero, à Cicerone Quintilianus: sed quid mirum? cum ipsis, qui haec accuratius sunt consecutati, suis praeceptis non semper inhaeserint.

Hierony-  
mus so-  
fano: au:t  
30 verius  
im orationi  
bus. I:so:r.

Certe Hieronymus ex Ifocatis aliquot orationibus triginta ferme versus collegit, quos Sophista in hac numerorum gloria triumphant iuuentiter obtrudit, atque is corrector importunus in eo ipso loco, quem reprehendit, senarium imprudens immittit. Ipse Ciceronis orationes, si ad praescriptos se per exigant numeros, iuuenientur aliquando deficiere, non quod haec ignorant, sed quod praesentiarum grauitate maluerit aliquando contemnere. Quamobrem & in ea grammatica ingenia versus aliquo inter orationes deprehenderunt, vt in Pisonem; Proh Dū immortalis! quis hic illuxit dies?

Et Liuianæ historiæ initium ab Hexa-  
metro, à quibus non est vellicatum?

*Facturumne operare premium, quanquam nemo melius collocare potuit.*

*Quesmodo  
ascendi-  
num est.*

Quid igitur ad hanc numerorum rationem  
consequendam facere oportet? Primum qui-  
dem arbitror lectissimis auctoribus, maximè  
verò vni Tullio diu.ius insistendum, ut eius  
stylo, quasi coloratus animus generoso fœtu  
impleatur, tum haud ica mulum erit laboran-  
dum de numeris, quod enim accidit scribenti-  
bus, ut non de singulis literis cogitent, sed ip-  
sa vitri ad verborum extream veniant, sic v-  
bi fuerit circumscripta mente sententia, co-  
festim verba ea etiam numeri suavitate, qua  
fuerint instillata concurrent.

Ne quis igitur inperiti in hæ numerorum  
lege confessanda peccent deterius, rectè mo-  
net Cicero.

Sed in agnam exercitationem res flagitat: ne quid eorum, qui hoc genus fecerit non res- nuerunt, simile faciamus, ne aut ve<sup>ba</sup> trajectio- amus aperte, quo melius aut cedar, aut vol- latur oratio: qua trajectio verborū viretur. Ceteris Antipater, & nihil tamē aptius explet<sup>ur</sup>, concluditque sententias: aut in anima quedam

verba inculcemos, quasi complementa numerorum. Quo vitio Asiatici maximè numero seruientes laborant.

Sunt etiam, qui illo vitio, quod ab Hegesia maximè fluxit, infringendis, concidensque numeris, in quoddam genus abiectum incident Sieulorum simillimum. Tertium est, in cuius fuerunt fratres illi Asiariorum Rhetorum principes Hierolees, & Menelees, apud quos varietas non erat, quòd omnia ferè concludebantur uno modo: quæ vitia qui fugerit, ut neque verbum ita traijetat, ut id de industria factum intelligatur, neque inferscens verba, quasi rimas compleat, nec minutæ numeros lequens concidat, delumberetq; sententias, nec sine villa commutatione in codè semper veretur genere numerorum, is omnia fecerit vitia vitauerit.

In genere autem haec erunt obseruanda, in Quid in  
dicendo nihil est propositum, nisi aut ne im- gener ob-  
modicata, aut angusta, aut dissoluta, aut fluens seruandum  
sit oratio. Itaque non sunt in ea tanquam ti- in numeris,  
bicinae percussione modi, sed vniuersa comprehensio, & species orationis clausa, & terminata est, quod voluptate aurium iudica-  
tur.

Cauendum ne oratio multis brevibus exiliat, neve longiorum continuatione languescat, ne continentur iij pedes, ex quibus efficiuntur tritii, vulgatique versus, quod volunt Cicero, cum dixit;

Neque tamen hoc tanti laboris est quantum  
videtur: nec sunt Rhytmorum omnia, ac  
Musicorum acerrima norma dirigenda: effi-  
ciendum est illud, modo ne fluat oratio, ne  
vagetur, ne infistat interius, nec excurrat lon-  
gius, ut membris distinguantur, ut conue-  
nies habeat absolutas: neque semper vtrendum  
est perpetuitate,  $\times$  quasi conuersione verbo-  
rum, sed saepe carpenda membris minutiori-  
bus oratio est, que tamen ipsa membra sunt  
numeris vincenda.

## *De vsu periodi.*

CAPV T XI.

**O** Peræptuum est, de usu quoque perio- *Numerus*  
dorum monere discentem, ne quis ob imperitiam putet orationem perpetuis numeris adstringendam, numerosum esse quic- *& numer-*  
*rosum differ-*  
*unt.*